Fr. Bernardinus a Senis

Causarum Servorum Dei Ord. Fr. Min. S. Franc. Cap.

Postulator Generalis

Universis has Litteras inspecturis fidem facimus ac testamur, Nos ex authenticis locis accepisse ac legitime recognovisse particulam ex ossibus S. Claudii Mart.

eam reverenter collocasse in theca metallica formæ rotundae, crystallo clausa, filo serico interius colligata et sigillo, Nostro parvo in cera rubra hispanica signata: quam dono dedimus cum facultate apud se devote retinendi, vel aliis donandi, non tamen publicæ fidelium venerationi exponendi, nisi de licentia eorum quibus de iure spectat. - Monemus autem fideles, in quorum manus hae sacrae reliquiae nunc vel in posterum venturae sunt, nullo modo licere eas vendere, nec cum ullis rebus quae mercimonii speciem praeseferant commutare.

In quorum fidem has Litteras, manu Nostra subscriptas, sigilloque Nostro maiori munitas, ipsa cum theca fideliter servandas, remisimus.

Datum Romae, ex Curia Generali,

Die 28 mensis 6 an. 1954

Fr. Bernardinus a Senis

Postulator Generalis

POSTULATOR GENERALIS ORD. MIN. CAPUCCINORUM

Gratis ubique. Reg. N. 5